triumphauit pcos. de hispania. Q. hortensio. Q. metello cretico coss. ante ciceronis
consulatū. Instant post hominum memoriā apparatissimi magnificentissimiq; ludi.
quo pacto — quales nō modo unquā fuerunt, sed ne mō quidem fieri posthac possint possū ullo
modo suspicari. CN. pōpeii ludos significat qb9 theatrū a se factū dedicauit. quibus
ludis elephantorū pugnā primus oīum dedit in circo. VER. A. VISS. d lx.
E st quidē grecus qui cū isto uiuit homo uere ut dicā sic enī cognoui humanus. sed
tam diu aut cū aliis est aut ipse secū. filodemū significat qui fuit epicureus illa
etate nobilissimus. cui & poemata sunt lasciua. CIR. VER. ANVOS. CCCXX.
Q uanq̄ quod ad me attinet numquā istā immunitā curā inficiando tibi prope notus est
q̄ ut iudicandū sit. Hunc uersum ēē L. accii poete & dici a thieste atreo.
Q uod populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias socios stipendiariosq; quoq; misisti. CIR. VER. A. NO. CC.
Manifestū est P. clodium significari. CIR. VER. A. NOVIS. CXX.
E t qd uides & qd sentis. lege iudiciaria lata quod posthac sumus habituri. legem
iudiciariā ante aliquot annos qb9 tpib9 accusatus est uerres a cicerone tulit aurelius
cotta pretor. qua cōmunicata sunt iudicia senatui & eqtib9 r. & tribunis aerariis.
rursus deinde pompeius in consulatu secundo quo hec oratio dicta est pmulgauit
ut amplissimo ex censu ex centuriis aliterq; antea lecti iudices eque tamē ex illis
trib9 ordinib9 res iudicarent. CIR. VER. ANVO. LXXX.
pātria — L. Opimius eiectus est. qui & post preturā & cos. maximis periculis rem p. liberarat.
N ō in eū cui facta iniuria est. sed in eis qui fecerunt sceleris & conscientie pena remansit.
Notū est opimiū in pretura fregellas cepisse. quo pacto uisus est ceteris quoq; nominis
latini socios male animatos repressisse. eundemq; in consulatu fuluiū flaccum
consularē & C. gracchū tribuniciū oppressisse. ob quā inuidiā postea iudicio
circumuentus est & in exiliū actus.

·Q. ASCONI. PEDIANI. IN. L. PISONEM.

PRO. M. SCAVRO.

H anc quoq; orationē eisdē coss. dix qb9 p̄ uatinio. L. domitio ahenobarbo et appio
claudio pulchro coss. summus iudicii dies fuit. a. IIII. nonas septemb.

ARGVMENTVM. HOC. EST.

M. Scaurus. M. scauri filius q princeps senatus fuit. uitricū habuit syllā. quo uictore
& munifico in socios uictorie ita abstinens fuit ut nihil neq; donari sibi uoluerit
neq; ab hasta emerit. edilitatē summa magnificentia gessit adeo ut in eius impensas
opes suas absumpserit magnumq; es alienū cōtraxerit. Ex pretura prouinciam
sardiniā obtinuit. in qua neq; satis abstinenter se gessisse existimatus est & ualde
arroganter. quod genus moris in eo paternū uidebatur. cū cetera industria nequaquā
eēt par. erat tamē aliquā inter patronos causarū. Sed postq̄ ex prouincia redierat
dixerat pro eo catone. isq; erat absolutus ad III nonas quint. ipse cū ad consulatus — inde
petitionē ad III kl. quint. romā redisset. querentibus de eo sardis a p. ualerio triario

adolescente parato ad dicendū & notē industrie filio eius q in sardinia cōtra M. lepidū
arma tulerat & post in asia legatus pontiq; L. luculli fuerat cū is bellū contra
mitridatē gereret. postulatus apud. M. catonē pret. repetundarū ut in actis scriptū
est p̄ pr. non. quint. post diē tertiū q̄ cato erat absolutus. Subscripserunt triario
in scaurū. Q. marius. L. f. & Q. pacuuius fres cognoīe claudii. qui inquisitionem
in sardiniā itemq; in corsicā insulas dies tricenos acceperunt. neq; profecti sunt ad
inquirendū. eiusq; rei hanc causam reddebant. qd interea comitia consularia futura
erant. timere ergo se ne scaurus ea pecunia quā ab sociis abstulisset emeret
consulatū. & sicut pr eius fecisset ante q̄ de eo iudicari posset magistratū iniret
ac rursus an alias prouincias spoliaret q̄ rationē prioris administrationis redderet.
scaurus. summā fiduciā in prni noīs & dignitate magnā in CN. pōpeii magni reponebat.
habebat enī filiū liberorū CN. pompeii frēm. nā tertiā sceuole filiā dimissam a
pōpeio in matrimoniū duxerat. M. catonē autē q id iudiciū ut diximus exercebat
metuebat admodū ppt amicitiā que erat illi cū triario. nā flaminia triaria
mater. & ipse triarius sororē catonis seruiliā que mater. M. bruti fuit familiariter
diligebat. Ea porro apud catonē mater nam obtinebat auctoritatē. sed in eo & iudicio
neq; pompeius propensum adiutoriū pbuit. Videbatur enī apud aīum eius non
minus offensionis cōtraxisse quod iudiciū eius in muciā crimine impudicitie ab eo
dimissam leuius fecisse existimaret cū eam ipse probasset. q̄ gratie acquisisse necessitudinis
iure. qd ex eadem uterq; liberos haberet. Neq; cato ab equitate ea quā & uitam
eius & magnitatem illum decebat quoquā deflexit. Post diē autē IIII. q̄ postulatus
erat scaurus faustus sylla tū questor filius sylle felicis frater ex eadē matre
scauri. seruus eius uulneratus psiluit ex lecticis & questus est p interempto
esse competitorib9 scauri & ambulare cū CCC armatis. seq; si necesse esset uim ui
repulsurū. Defenderunt scaurū sex patroni. cū ad id tempus raro quisq̄ pluribus
q̄ quatuor uteretur. ac post bella ciuilia ante legē iuliā ante duodenos patronos
est peruentum. fuerunt autē hi sex. P. clodius pulcher. M. marcellus. M. calidius.
M. cicero. M. messala niger. Q. hortensius. ipse quoq; scaurus dix pro se. ac
magnopere iudices mouit & squalore & lacrimis & edilitatis effuse memoria ac
fauore populari. ac precipue pene auctis recordatione.

ENARRATIO. CIRC. VER. PRIM. XXXX.

C um enumeraret iudicia que pater scauri expertus est. subit etiā populi iudiciū ingrete
CN. domitio tr. pl. CN. domitius qui cos. fuit cum cassio cū esset tribunus pl. iratus
scauro qd eū in augurū collegiū nō cooptauerat. diem ei dix apud pplm & mulctā
irrogauit. qd eius opa sacra multa p. r. diminuta eē diceret. Crimini dabat
sacra publica p. r. deū penatiū que lauini fierent opa eius minus recte casteq;
fieri. quo crimine absolutus est scaurus qdē. sed ita ut a tribus tribub9 damnaretur
a XXXVII absolueretur. & in eis pauca puncta puncta inter damnationem et
inter — absolutionē essent. Ibidem reus est factus a Q. seruilio cepione lege seruilia
cum iudicia penes equestrē ordinē essent & P. rutilio damnato nemo tā innocens

© Biblioteca Nacional de España